

Ignis Frigidus

Translatio Secundae Historiae
A “ThreeToe”

A RudeGuyGames scripta

Ventus perfrigidus in seriem casae niveae spirabat atque forem hydromelitarii ingentis in medio oppidi quatiebat. Ignis intro ardebat fumumque atrum per foramen in tecto emittebat. Duae mensae magnae ultra latera ignis stabant. Bellatores ebrii permulti ad mensas consessi. Uno in lecto ad parietem directorum Urgoth dormiebat. Eum plus quam austrinos alios hydromel movebat autem postquam in mensa saltaverat consopitus est. Collegae sui eum ad lectum tulerunt postquam autem caput eius ioco malo deraserant. Ianuae de cardinibus subito abscissae sunt. Flamen nivem in atrium tulit. Leniter versavit se Urgoth. In ostio belua saeta operta cum forma hominis stetit. “Vir ningoris!” Bellatores clamaverunt cum gladiis scutisque a parietibus se armarent. Austrini ostium in statum circuli circumierunt dum decenti cum spatio inter beluam habebant. Bellator longo cum crine flavo tum exclamavit et gigantem occurrit. Belua tergo manus bellatorem adverberavit avolavitque igitur caput eius. Alii tres austrini beluam occurrerunt sed breve post tempus occisi sunt, ossa frangentia cum ad parietes iacti sunt viri.

Ex stupore excitatus Urgoth est et deinde sonitus pugnae cognovit. Clamores bellatorum acuti cum gemitibus morientium immixti sunt. Pugna autem iam perfecta erat. Gigantem praeterierunt atque ad tempestatem niveam fugerunt austrini. Silens gigas viros percussos inspiciebat atque, ut pinguissimos inveniat portetque tum ad cubilem, crura eorum vellicabat. Quasi mortuus Gorno iacuit. Belua eum praeteriit cum ad pungendum ventrem eius breviter constitit. Postquam eum praeteriit Urgoth gladium suum tractare temptavit sed capulum constitit. Austrini iocosi aqua vaginam eius compleverant atque eam in nivem conglaciando posuerant. Belua tum Urgoth annotavit. Magnae aures suae complicatae sunt. Vertit et lente silenterque ei appropinquare coepit. Toto tempore ubi in atrio fuerat non sonaverat. Magna cum celeritate Urgoth de lecto volavit et festine ullum ferrum quaesivit. Trabem de igni cepit et tunc in caput beluae eam infixit. Species eius tabere coeperunt. Faciem suam belua prehendit et sicut ventus hiemalis ululavit. Urgoth autem trabe latus capitis beluae violenter icit et cecidit igitur belua ad ignem qui unda aquae subito occasus est.

Vir ningoris abierat.